

Ferrarius.

43. Joël 1. Amos 7. Exod. 10. Probatur sententia.

Ansbertus.

44. Prov. 30.

Heretici uniuersos contra Ecclesiam.

D. August.

45.

Heretici gula, & ventri dediti.

Bellarin.

46.

Num. 31.

Luxuria & infidelitas associantur. D. Amb.

Viegas, Ferrarius quamvis aliqui ex eis de peculiaribus hereticis explicent.

Hujus rei multae sunt rationes & primò, quia locustae, ut patet Joël. 1. n. 4. Amos 7. n. 1. de- populantur meses ac fegetes, & omne viride, quod in eis est. Exod. 10. n. 15. Sic & heretici devastant segetem, ac messem Christi, & quid- quid viride fidei, ac sanctitatis in eis est, magna ex parte corrodunt. Secundò, Locusta nec ut avis perfectè volat, nec ut cætera animalia ter- ram pedibus terit, sed tamen pro gressibus ala- rum libramine suspensa saltus dare, ac fata ter- ra comedere videtur; hinc meriti heretici locustis designantur, quia nec habent scientiam ad volandum nec rectam operationem ad am- bulandum. Ansbertus. Nec plane scientia vola- tum, ait, nec perfecta operationis gressum habent Heretici, sicut elationum saltibus moti inaudita prædicantes, pravorum necant animas.

Tertiò, quia ut dicitur. Proverb. 30. num. 24. Regem locusta non habent. Locustae quamvis in- numerabiles sint, regem & ducem non habent. Tamen omnes simul eo spirant, & unanimiter feruntur ad agorum depopulationem, & per- niciem. Ecce cur heretici nomine locustarum exprimitur, quamvis enim unum caput non habeant, ut animi consensu adversus Ecclesiam conspirant ex prava eorum inclinatione, ex quo rectè ad monet. D. August. lib. 1. de Symbolo ad Ca. hec cum. Ea sine dubitatione vera Ecclesia est, qua contra omnes hereticos pugnat, quam omnes hereses impugnant, sed non expugnant: quod fun- data super firmam petram nunquam ruat, neque adversus eam porta inferi praevalere possunt.

Quartò, quia heretici instar locustarum san- guine ore cuncta polluunt: cum habeant intel- lectum erroribus inquinatum quidquid ore evo- nunt foetidum, & putridum est. Quintò Locustae nihil aliud habent, nisi ventrem, saltem ex majori sui parte: inde meriti heretici locustis comparantur, qui maxime gula, ac ventri sunt dediti Bellarm. l. 3. cap. 23. Controvers. Locusta, ait, ventrisum animal, nec volare rectè potest, sed saltando se erigit in altum, & mox ad terram recidit; si nificat hereticos hujus temporis, esse homines ventri addictos, inimicos sejuniorum & continentia: & ideo nec incedere posse per viam mandatorum, nec volare ad res ecclesiae contem- plandas.

Maximè associata est fidei apostasia, cum luxuria postquam Israël pugnavit contra Madi- anitas, seorūque mulieres servasset, contra belli Principes iratus Moyses ait, Cur feminas refer- vatis? Nōne ista sunt, quae acceperunt filios Is- rael, & pravaricari vos fecerunt, in Dominum super peccatum Phogor. Num. 31. num. 16. duo mala à Madianitis feminis orta commemorat Moyses, quae vix ab invicem separari possunt, unum quod forma deceptos Israëlitas traxerint ad libidinem, alterum, quod fecerint illos à Deo deficere, usque ad idololatriam prolabi, maximè enim hæc inter se associantur. Hinc Paulus 1. Corinth. 10. n. 7. dicebat, Neque ido- lolastra effraimini, sicut quidam ex ipsis: quem- admodum scriptum est, sedis populus manducare, & bibere, & surrexerunt ludere. Neque forni- camur, &c. Ubi Apostolus conjunxit, duo mala valde inter se amica, & confœderata, & quasi inseparabilia nimirum fornicationem, & idololatriam. Ex quo D. Ambros. ait ibi. Hæc

luxuria est, quia semper oblectari in Dei rebus infideles inveniunt. Ideoque surrexit populus manan- caro, & ludere.

Mandavit Deus Israël. Lev. 19. n. 29. Non pro- stituas filiam tuam, ne contaminetur terra. Onke- lus legit ultima verba. Ut non idolis serviat ter- ra. Cum pudicitia prostituitur; ac deperditur, statim aperitur ostium, ut terra perfidia sit con- taminata, ac fœdata, sic utraque est conjuncta. D. Ambros. lib. 6. Epistol. 36. Nemo se luxui com- mittit nisi qui recedit à præceptis Dei veri. Ubi autem coeperit quis luxuriari, incipit deviare à fide vera. Ita duo committit maxima crimina op- probria carnis, & mentis sacrilegia.

Fuit Herodes Rex luxuriae deditus: Marc. 6. Marc. 6. qui in puellarum choris insumeret dimidium regni; fuit & Ahab Rex conjug Jazabelis Re- ginæ, cujus rapiebatur affectu, cujus & in idolo- latria usus est magisterio 3. Reg. 16. n. 31. Utinamque regem tanquam socios conjungit 3. Reg. 16. semper luxuria, & idololatria. Andreas Jero- solymitan. oratione in decollatione Joan- Baptistæ. Ne illum quidem, ait, Ahab alterum raulieris maxcepum est imitatus Herodes, qui tunc habebat Jazabel magisterium mulierum Deo- rum cultus, sicut nunc hic Herodiasdem libidinis, & insuperantia, Tamen Ahab idololatriæ deditus Etiam verebatur, Herodes verò inter luxurias Joannem Baptistam interfecit; Luxuria excedit crudelitatem & modum super idololatriam in Deum & factos ejus.

QUESTIO V.

Quare non de puteo abyssi, sed de fumo putei exierunt locustae.

At tex. Et de fumo putei exierunt locustae in terram, de puteo nempe de inferno exivit doctrina hereticalis, quæ veram lucem Ecclesiae obscurare intendit. Ex qua maxime evulgata, & propagata prodierunt heretici, qui tanquam locustae messem Domini depopularunt.

Secundò, locustae, seu heretici, non de puteo, sed de fumo exisse dicuntur; nihil enim inanius, ac levius est fumo, ita nullas inconstanter, ac levior animo, quam hereticus. Tertiò, fumus, quod altius ascendit, ed facilius deficit, & diffi- patur, & in nihilum redit; inde meriti locu- stae, seu heretici, non de puteo, sed de fumo il- lius exire dicuntur, quia heresi infecti, quo al- tius per superbiam inflati eriguntur, eo citius evanescent, & ad nihilum rediguntur Albertus Magn. Fumus dum alta petit, ait, in seipso desi- cit: sic heretici dum per superbiam eleuantur, desi- ciunt, & annihilantur.

Quartò, ascendit fumus de puteo, & obscura- tus est Sol, & aer. Et quis fumus ita sursum al- cendit, ut ad ipsum solum pervenire possit, cum- que caligine involvere. Hic fumus tumorem animi, ac superbiam designat, ut docet D. Ber- nard. Non ergo mirum, quod radios solis im- pediat, ne ipsum aërem illuminet? Superbia enim impedit quominus lux divinae sapientiae ad nos perveniat, & mentes nostras penetret. Ita Præfat. Senens. to. 2. serm. 53 cap. 1. Superbia est

47. Levit 19. Onkelus.

Luxuria generat idolo- latriam.

48.

And. Jerol.

Luxuria crudelior in sanctis supra idololatriam.

49.

50. Hereticus inconstans & maxime per superbiam evanescit.

Albertus.

51. Superbia re- pellit à nobis lucem divi- nae sapientiae. D. Bern.

52. Heretici ter-rena tantum sapiunt.

Ether Epist.

53. Eligere ho- minem ex infimo valde molestum.

54.

D. Ambros. Genes. 1.

Genes. 1.

Eligere ex infimo ho- minem valde molestum.

est fumus ille, ait, de quo Joan. in Apocalypsi, & obscuratus est Sol & aer de fumo putei abyssi: In quacumque enim mente superbia diaboli veget, ra- dios solis divi nae sapientiae ab ea præcandis & puri- tatem eius, quæ sicut aer pervia debet esse radiis sapientiae Dei, obrebrat, seu obscurat.

Quintò, de fumo putei abyssi exierunt locustae. Ex puteo abyssi, ex profundissimo, ac subter- raneo loco provenit fumus, ex quo exeunt locustae, hoc est heretici; non ex quolibet loco proveniunt, sed maxime ex subterraneo exeunt hujusmodi locustae in quibus heretici adum- brantur; qui nihil cœlestis, & nihil nisi terre- num sapiunt. Favet Etherius Episcop. lib. 1. ad Elipan Locusta, ait, in terram exierunt, quia he- retici terrena sapiunt, non cœlestia, semper enim he- retici securitatem sæculi eius præmittunt, & inde terrena sapiunt.

Sextò, de fumo putei exierunt locustae, fumus duo habet, obscurat solem, & ad fletum, ac lachrymas provocat; magna miseria unius rei- publicae, quod tales electiones fiant in ea quæ videntur ab inferno progredi; nam extollere ex infimo, ac fumo unum hominem, hoc est obscurare reipublicam solem, & in subditis, ac inferioribus lachrymas, & fletum excitare; ingratum & molestum hominem ex infimo sublevare.

Deus cuncta uno verbo creavit; dixit Deus fiat lux, fiat firmamentum, &c. At verò cum ad hominis creationem devenit ut ponderat. D. Ambros. in Hexam. ait. Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram. Gen. 1. n. 26. illud faciamus magnam rei difficultatem indi- cat. Res facilis uno verbo fit, at verò si mul- tum difficilis sit, ad illam tanquam consilio habito in congregatione proceditur, sic tan- quam consilio facto inter divinas personas di- citur, ut communiter Patres ponderent, facia- mus hominem ad imaginem, & similitudinem no- stram, & præstet piscibus maris & volatilibus cœli, & bestiis, universaque terra. Deinde declaratur maxime difficultas hujus operis; quod Deus veluti dupliciter ad illud manum adhibuerit. Primò, cum dicit, faciamus hominem. Secun- dò, cum cap. 2. n. 7. scribitur. Formavit igitur Dominus Deus hominem de limo terræ, & inspi- ravit in faciem ejus spiraculum vitæ, & factus est homo in animam viventem. Ac si quodammodo Deus in hoc officio manum adhibuerit; pri- mò, formando corpus. Secundò, animam aspi- rando. Unde tanta rei difficultas; voluit Deus extollere de limo terræ hominem, ut præfesset volatilibus cœli, & piscibus maris, & bestiis terræ, inde conveniens erat, ut in hoc negotio magna rei difficultas repræsentaretur, cum consilio veluti facto inter divinas personas, prævidebat Deus hominis ingratitude, de quo dicitur homo cum in honore esset, non intellexit, ita dicitur Gen. 6. n. 6. Penituit eum, quod hominem fecisset; & talem ad cœlestia ers- gens suis difficultates patiebatur.

In illa parabola, quam proposuit Joathan di- citur, quod congregata sunt ligna, ut facerent sibi regem, & cum convenissent ad Olivam, si- cum, & vitem omnes regna respuerunt; Tan- dem dixerunt rhamno, veni & impera super nos, quæ respondit eis: Si me verò regem consti- tuistis venite, & sub umbra mea requiescite, si au- tem non vultis egrediatu rhamno, & de-

Sylveit in Apoc. in m. Tom. I.

voret cedros Libani. Judic. 9. n. 15. Obiter ponde- ra quod ait rhamnus, sub umbra mea requies- cite; quod erat omnino impossibile, ut arborescens sub umbra illius se submitterent; sic valde frequens est; cum indignus ad regimen eleva- tur statim impossibilia determinat, & imperat; ramen in rem nostram ait. Egrediatu rhamno, & devoret cedros Libani. Cum unus indi- gnus ex infimo extollitur Respublica perit, & qui cum elegerunt consumuntur, ac tanquam igne extinguuntur. Ignis devoret cedros Libani.

QUESTIO VI.

Quare dicitur quod his locustis data sit potestas, sicut habent scor- piones terra?

Dicitur in text. quod locustae exeuntes de puteo, erant pungentes, & virulentae ad instar scorpionum, in quorum cauda later vitus, & aculeus, quo dolose & lethaliter pun- gunt; dicuntur scorpiones terræ ad differen- tiam maritimarum, qui caent veneno. Hæc juxta litteram.

Primò dicuntur hujusmodi locustae, in qui- bus heretici adumbrantur, quod habebant po- testatem sicut scorpiones terræ, scorpium facie, & aspectu, blandus, suaviter, ac perjuvandus ap- paret, à cauda verò mortiferum venenum ex- torquet quo cuncta animalia enecat; sic & hæ- retici in extrema apparentia, & blandos se ex- hibent in eloquio, imò externam quandam sanctitatem fingunt ut latenter ac dolose suum lethiferum venenum effundant; incutit- que suæ falsæ doctrinæ aculeo interimit, ut monebat Ignatius Martyr. in Epist. contra Hæ- reticos ad Trallian. Sunt quidam, ait, vaniloqui, & mentis seductores, non Christiani, sed Christum mercantes, in fraudem circumferentes nomen Christi, & campanantes verbum Evangelii, & er- roris venenum, blando alloquio insipientes Sic ille pestiferus Lutherus frequenter dicebat ver- bum Dei esse prædicandum, Verbum Dei, cum sit ex ore ejus dicendum, ac docendum, ut ita sub hac ovina pelle lethiferum venenum suo- rum errorum diffunderet.

Secundò, scorpio se blandum ac suavem ap- pectu exhibet, cauda verò mortiferè nocet; ecce- cur hæc locustae, seu heretici dicuntur habere potestatem sicut scorpiones, quia quod aperto ore non possunt facere, hoc latenter, ut è cau- da, & per insidias moliuntur. Richard. Victor. Quia, ait, pravorum universus, quod non potest per apertam sevitiā, hoc adimplere nituntur per occultam malitiam.

Tertiò, Ansbertus. Locustae, ait, ut scorpiones terra nocendi potestatem accipiunt, quia nimirum suffulsi temporibus potestantibus per ea, quæ re- tro sunt, nocent. Cur potestas locustarum, seu hereticorum assimilatur scorpionum potesta- ti, & non potius leonum, aut urforum fortitu- dini. Scarpio venenum, in quo innititur habet in cauda, quæ cum sit extrema pars cor- poris denotat auctoritatem temporalem, quæ est infima, & extrema respectu spiritualis, ecce- cur potestas locustarum, seu hereticorum

Indignus cle- rus in possibi- lia imperat & nocet rot- publica.

56.

57.

Heretici blando elo- quio decipi- unt.

S. Ignatius

58.

Iniquus facit malum oc- culis quod non potest an- terio.

Richard.

59.

Hereticus temporalis au- thoritate ful- tus nocet.

assimilatur potestati scorpionum, quia Hæreticus nisi fulciatur potestate temporali nocere non valet, cum ea auxiliante multum potest, & multa mala perpetratur, & sic concludit citat. Ansberr. Non enim facta per suos loqui audeat, nisi temporali potentia suffulsi fuisset.

60. Barthol. Hæretici semper ad malum intenti.

Syriacus I. Pontif.

61. Diabolus suis inferis nova supplicia.

Arctas.

62. D. Bern.

Blanditia hujus sæculi detestanda.

63.

Hæretici uno malo in pejus labantur.

Th. Angl.

64.

Exod 33.

Iniquitates semper in deterius.

Quarto, ut docet Bartholomæus Angel. lib. de Proprietatibus c. 9. quod eorum cauda semper parata percutere, nulloque momento cessat à læsione: si eis detur occasio lætendi, & obliquo icu, & insiditæ feriunt: inde meritis assimilantur hæretici; qui semper ad malum intenti, suum virus evomere non cessant, quandoque se se offert occasio. Unde ait Syriacus I. Epist. ad Mediolan. de Januario, ac to dalibus loquens. Hæretici subter Christianos se esse jactant, ut sub velamento pii nominis gradientes, & domum orationis ingressi, sermone serpentina disputationis, effundant.

Quinto, dicitur locustas exeuntes de fimo putei habere potestatem sicut scorpiones. Locustæ morfu suo magnum inferunt dolorem, ac scorpio longè nocivior, & acriori dolore pangit; ecce cur non solum locustas dixit futurus, & de fimo putei exituras in ultimis temporibus, sed eas habituras potestatem scorpionum, quia juxta multos per tales locustas Diaboli significantur, qui non qualibuscumque pœnis afficiunt improbos, sed eis gravissima, & acerbissima inferunt supplicia, & semper majora majoribus addendo. Arctas. Ne quis sciens, ait, qualis sit locustarum morus, ut qui non magnum afferat dolorem; scorpionum subjungit exemplum qui majorem præbent aculei punctioem sensibili dolorem.

Sexto, scorpio aspectu suavis, & delectabilis est, cauda verò nocet; unde vanitatem hujus sæculi, ac mulierum significat: ipsa enim tibi blanditur, ut te in æternum miserimè perdat. D. Bernard. tom. 2. feria 6. post Dominic. Paschion cap. 1. art. 1. Joannes ait, data est illi potestas, sicut habent potestatem scorpiones terræ, scorp. o si quidem lingua lingit, & brachiis stringit, sed deum cauda pungit, sic vanitas mundi blanditur deliciis, stringit habitibus, & consuetudinibus malis, demumque cauda conclusionis extrema damnationis infelicem animam pungit.

Septimo, de hujusmodi locustis dicitur, quod data est illis potestas, sicut habent potestatem scorpiones terræ. At Hæreticorum perversa conditio nonne satis exprimebatur locustarum nomine, cur ergo de eis additur, quod habeant scorpionum potestatem? Scorpio vincit in malignitate locustam; ecce cur de errore hæreticali infectis non dicitur, quod sint locustæ, sed etiam, quod assimilentur scorpionibus, quia nesciunt in uno malo consistere, sed de uno in pejus prolabantur, ac præcipitantur. Patrocinatur Thomas Anglicus. In pejus decidunt, ait, propter priorem errorem, quia de malo cadunt in pejus.

Ingratus populus Israël unum caput aureum viculi dedicabat; & tamen Aaron clamat ad eos. Hi sunt dii tui Israël. Exod. 32. n. 4. Unum erat idolum, & tanquam de pluribus clamabat, Et cur eum unum tantum dedicat de pluribus restatur: Sciebat sacerdos consequentiam fati, quod ille, qui semel ad unum rapitur idolum facili negotio se pluribus prosternabit, & cum unum idolum adorat Israël, plurimam Deorum turbam per omnes nationes spatiam præpū-

riabat adorandam. D. Chryso. homil. 5. de Pœnitent. Respicit unum factum vitulum. Quare igitur, hi dii? Ut ostendat, quod non modo eum, quem videt adorari, sed & eorum pluralitatem annuntiat.

Unde ait Stephan. Actor. 7. n. 41. Vitulum fecerunt in diebus illis & obtulerunt etiam simula chra, & lætabuntur in operibus manuum suarum. Convertit autem Deus, & tradidit eos servire milite cœli. In pœnam primi idoli admissi, permissi sunt a iâ multa adorare. D. Cyrill. Alex in c. 5. Amos. Vides divinum Sc. hanc, ait testimonium dixisse, eos fabricasse vitulum; & ad olentium militem cœli eos conversos fuisse.

Ait Regius Vates Plat. 105. n. 37. Immolaverunt filios suos, & filias suas demonis, effuderunt sanguinem innocentem. Quid durius, ac execrabilius, quam quod Pater filium suum mactet, ac dediceret demonibus: Tanta tamen malitia ibi non est, terminata, sed ad aliud gravius impulsa, ad sanguinem nempe sanctorum, ac justorum effundendum, una enim malitia nescit habere modum, ac terminum, sed via, ac ostium est ad aliam. D. Hieron. in cap. 17. Isai. A parricidio liberorum ait, ad Prophetarum sanguinem pervenerunt. Hinc Christus Dominus increpans Judæos, ait Matth. 12. n. 39. Generatio mala & adultera prius mala, & cum malitia nesciat quiescere, sed potius semper impellit in malum gravius, ideo statim additur adultera; ut quæ prius erat mala non servans Dei legem, deinde facta est adultera recedens à cultu veri Dei, & adorans militiam cœli.

Apoc. 9. n. 5. Et datum est illis, ne occiderent eos, sed ut cruciarentur mensibus quinque & cruciatus eorum scorpionum, cum percutit hominem.

Num. 6. Et in diebus illis quærent homines mortem, & cupient mori, & fugiet mors ab ipsis.

VERSIONES.

Arabic. n. 5. Data verò fuit potestas, non ut occiderent eos, sed ut cruciarent eos, & cruciatus in ipsos esset, velut cruciatus scorpionum cum pungunt hominem.

Aliqui. Dicitur est illis, ne occiderent.

Alii apud Arab. Ut cruciarent sex mensibertum Arias, bus, sed ut cruciarentur.

Arabic. n. 6. Quærebant homines mortem, & non inveniebant, & exoptabant mortem, & fugiebat ab eis.

D. Chryl. Actor. 7. Ex uno malo admissio aliud deterius pullulavit. D. Cyrill.

66. Psalm. 105. Unum malum via est ad deterius.

D. Hieron. Matth. 12.

EXPOSITIO III.

67. Deus cum pendere dat pœnas.

Datum est illis, non enim permillum est hujusmodi locustis, seu hæreticis, ne occiderent eos, ut citò interficiat ipsos impios non signatos signo particulari, & ad hos referatur, & non ad justos ut aliqui volunt. Sed ut cruciarentur mensibus quinque, hos tenses variè intelligunt de quo quæstione sequenti, tamen hoc tempus littera iter, quod per quinque menses decurret intelligendum est. Ex quo patet quod non vult Dominus, ut eorum cruciatus brevissime transeat, uno vel altero mense, nec etiam ut in longum tempus protrahantur, ne in desperationem incidant. Sed tantum per quinque menses.

68. Quale venenum scorpionum.

Et cruciatus eorum scorpionum, cum percutit hominem. Venenum scorpionum frigidum, & ex nimio frigore, multo dolore licet tanto interficit: & triduum venenum illius serpit, & tunc interimit, tamen qui signati non fuerint signo Dei à scorpionibus læsi, eorum tortura non solum per tres dies, sed per quinque menses perseverabit in illa ultima, & acerbâ persequutione, & rectè dicitur, ut cruciatus scorpionum, cum percutit hominem. Nam sicut scorpio percussione hominem interficit, sic hæretici persequentes eos, qui non habent signum Dei vivi interficiant, dum à fide vera eos deficere faciunt.

69.

In diebus illis quærent homines mortem, & non invenient eam. Communiter intelligitur, de veris Christianis qui simpliciter homines dicuntur, qui propter importunam Hæreticorum vehementiam, tam crudeliter Ecclesiam persequentes, mori optabant, cupientes dissolvi & esse cum Christo, sed optata morte non peribunt, servare adhuc eos Deo adversus Hæreticam perfidiam.

QUESTIO VII.

Quare ordinatum est à Deo, ut impii quinque mensibus affligerentur, nec pluribus, nec paucioribus?

70. Pannon.

Hujusmodi cruciatus erit tam crudelis, & acerbus, ut dicatur sicut cruciatus scorpionum: Cœlius Pannonius. Ille cruciatus, ait funesta eorum doctrina, que sunt in interitum, ut bene scorpionum cruciatibus comparetur cruciatus eorum, qui in cauda habent venenum, quo cruciant in mortem insanabiliter, ut que ad mortem, ergo cruciatus durat Hæreticorum. Scorpio specie suavis, ac dulcis, cauda tamen acerbâ, ac crudeli dolore percutit, inde cum hujusmodi cruciatu doctrina Hæreticorum comparatur, quia licet dolose videatur appetitibus plausibilis, tamen conscientia dolore dirè percutit.

71. Pannon.

Dicitur in Text. Datum est illis, ne occiderent eos, sed ut cruciarentur mensibus quinque. Sermo est, ut patet ex versu antecedenti de illis qui sub quinque mensibus, totum vitæ tempus intelligunt, quæ quinque sensibus regitur; aut

quinque ætatibus infantia, pueritia adolescentia, juventute, & senectate continetur. Sed si ita res se habet, quare potius mensibus, quam annis ætates describuntur? Valde solemniter hominum ætates per annos dinumerantur, ac cum in mensibus Lunæ crescentis, ac decrescantis fiat mutatio, exinde vita hominum mensibus describitur, ut cognoscamus præsentem vitam continuis mutationibus obnoxiam esse. Cœlius Pannon. In qua veritate, ait, frequentes casus accedunt, & recedunt, ut semper continuis decursibus adsit, vel tribulatio, vel tranquillitas.

Tamen secundum litteram quinque menses intelliguntur sub quibus crudelior, & durior erit persecutio, ut illi, qui non habent signum Dei vivi à fide deficiant, & fortè in his quinque mensibus alludatur ad illam summam inundationem quæ totum occupavit orbem, diluvium enim quinque mensibus duravit, dicitur Gen. 7. illa ultima tribulatio erit instar diluvii. Ostinuerunt aquæ terram centum quinquaginta diebus, tot autem dies conficiuntur quinque menses; est ergo optima allegoria ad diluvium, cujus similitudinem repræsentabit illa ingens persecutio, quinque ergo menses, non accipiuntur determinatè pro tot mensibus, sed pro ingenti, inundatione malorum, quæ instar diluvii totum opprimet orbem. Altius res est examinanda.

Dicitur in text. Datum est illis, seu non permillum est à Deo, ut eos occiderent, nam spectata Diaboli voluntate, inferret in eos omne supplicium, & omne malum, tamen demonibus non conceditur ad libitum nocere improbis, refranantur enim à Deo. Richard. Victorin. Ne Hæreticorum, qui maxime nocent, nec aliorum quorumlibet turba malorum, ad libitum ledere non sinitur, rectè additur, & præceptum est illis, ne occiderent eos: præcipitur Hæreticis & principalibus diaboli ministris, ne non solum verè bonos lætant, sed nec terrenis dedicos occidant.

Secundò datum est illis ne occiderent eos; si improbi & nequissimi, cum non habeant signum Dei vivi damnandi sunt, cur non statim pereunt, sed permittitur ut per quinque menses eorum cruciatus duret, mediis in suppliciis Deus pnis, & misericors apparet, improbam illico non tradit morti; sed grandi cruciatu vexat, ut pœna admonitis delictorum suorum pœnitentiam agat, ut indulgentiam consequatur Richard. Victor. Ut afflicti aliquando ea se dilexerit respiciant, ad vera bona quærenda tandem, vel adversariis traditi resurgant.

Et quæ major miseria potest esse, quam quod illi, qui non acceperunt signum Dei vivi, & damnandi sunt, vitam ærumnosam, anxiam & laboriosam agant sub demonis mancipatu. De Demoniaco quodam ait D. Luc 8. numero 27. Qui habebat demonium jam temporibus multis, & vestimento non induebatur, neque in domo manebat, sed in monumentis. Extrema sanè miseria erat hæc. Demonis erat domicilium, jam temporibus multis, & tunc, nec domum, nec vestem habebat, sed tanquam mortuis vicinus, in earum monumentis habitabat. Huc conveniat volupratum mancipia, quia dum ad divinas voces surdescent; & luxuriosis voluptatibus indulgent, multis annis demonum domicilia fiunt, & nec vestem habent, nec domum, nec valerudinem; nec vires, sed quasi cadavera putrida, jam penè jacent in

Pannon.

70.

Genes. 7. Illa ultima tribulatio erit instar diluvii.

71. Demones ad libitum nocent improbis.

Richard.

74. Mensis supplicii in inferis apparet.

Richard.

75.

Luc. 8.

Summa hominis miseria quod in vitis agit vitam laboriosam.